Et sic in continenti coram eodem Judicio personaliter stans Ministerialis generalis Regni Providus Christophorus Jankowski de Galezow officio praesenti bene notus palam recognovit. Quia citationes duas ratione suprascriptorum omnium edita. Primam super quam poena contumaciae est obtenta feria secunda post festum Sanctae Margarethae proxime praeterita Alteram vero secundo post poenam contumaciae editam feria sexta ante festum Undecim Millium Virginum proxime praeterita in bonis villae Galezow pro tunc arenda citati curiaque ibidem sitta posuit utrasque et constituti citati notificavit.

Strzelecki Dillatio

In causa et actione Judiciaria coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinen judicio per Instigatorem officii Castren Lublinen et eius dellatorem Nobilem Christophorum Matschinski filium olim Matthiae Actoream partem instituta Nobili Petro Strzelecki alias Bobowski filio Alberti citatione literali Capitaneali Castren Lublinen recedendi ab appellatione per Nobilem Jacobum Leplowski priorem actorem a decreto Judicii Capitanealis Castren Lublinen minus iuridice ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinen interposita, ad bamiendum et de regno Poloniae dominiisque eidem annexis proscribendum, edita, citato: occasione per ipsum denegatae potentis intromissionis, seu fortis nimationis in bona sua omnia vigore lucrorum, et perlucrorum vadiorumque triplicatorum, per dellatorem super ipso ac bonis eius omnibus in officio praesenti Castrensi Lublinen, in causa ad inscriptionem Capitanealem Castren Lublinen per ipsum Nobili Joanni Piotrowski Goldo super Summam Triginta marcarum pecuniae poloni factam et recognitam ac tanque per praedictum Joannem Piotrowski in personam Nobilis Christophori Matschinski filii olim Matthiae actis Terrestribus Lublinen transfusam demum vero per praedictum Christophorum Matschinski in personam praedicti Jacobi Leplowski actis Castren Lublinen abscessam actoriis per praedictum Leplowski in personam praestati Christophori Matschinski filii olim Matthiae actis Castren Lublinen viceversa cessam. Pro vadio similibus Summae Triginta marcarum polonicalium per ipsum ob non solutionem eiusdem Summae essentis debiti pro tempore in eadem inscriptione expresso ad solvendumque succubito instituta, obtentorum et perductorum, eandemque ad videndum et audiendum per Judicium praesens

K

super ipso banitionem et de Regno Poloniae proscriptionem decerni et per Ministerialem Generalem Regni publicari ad omniumque noticiam deduci processu causae huius ex cittone eadem latius praemissa omnia complecten. In termino hodierno peremptorio in diem praesentem ex eadem cittone legitime incidente et proveniend. Partibus Actore personaliter citto vero per Nobilem Valentinum Stepkowskj plenipotentem suum comparentibus et terminum attentand. Judicium praesens Capitaneale Castren. Lublinen. ex submissione plenipotentis citati decrevit ut cittus in instanti corporali iuramento educat quia de processu toto contra se obtento nesciuit. Tandem hoc idem Judicium praesens Capitaneale Castren. Lublinen. ad affectationem plenipotentis citati et nuncij possessionati praedicti Valentini Stepkowskj eidem citato dillationem verae infirmitatis hinc ad Termos Judiciales in Castro Lublinen. proxe et immediate cellebrand. dedit et concessit. Terminumque ysdem partibus peremptorium in eisdem Termis Judicialibus dillationis per citatum cum duobus testibus iuramento corporali comprobandae et ad ulterius ea in causa iure procedendumque conseruauit et praefixit Decreti praesentis vigore.

Et sic incontinenti coram eodem Judicio personaliter stans Ministerialis Regni Providus Matthias Salaba officio praesenti bene notus palam recognouit Quia cittonem vone supraspectorum omnium editam feria quinta ipso die festo Sancti Nicolai proxe praetta in curia citati villa Strzelce posuit et citato notificauit.

Inter Czerskie Motio.

Proposuit judicialiter coram praesenti Capitaneali Castren. Lublinen. Judicio infrascriptus actor contra infrascptam citatam, ex cittone sua infrascripta cuius tenor sequitur talis

Joannes Ostr. de Dambrowica Lublinen. et Capitaneus. Tibi Nobili Zophiae consorti relictae olim Nobilis Matthiae Czerskij de bonis tuis omnibus mobilus tanquam impossessionatae quoniam de possone tua nullibi constat nemini tamen iuri aliarum personarum positione cittonis quod officio notem Mandatus pro iure Regio et nostro Capitaneali ex officio ut coram nobis seu Judicio nostro Capli Castren. Lublinen. in Termis Judicialibus feria Secunda ante festum Sancti Thomae Apostoli proxe ventura in Castro Lublinen. cellebrand. vel ijs deficien. tandem in proxe venturis. Ad instanciam Nobilis Georgij Czerskj de districtu Chelmensi fratris germani et successoris legitimi olim Nobilis